



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

A Pachale II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

Quodlibeta varia.

Ne pereuriolus Lector hinc aliquid desideret, aut eorum vestigiis quos decreti certus imitandos mihi præstitui, leuiter in hæsisse me arbitretur, Cardinalium aliquot, quorum tantum extant Epistolæ, indicem instituto accommodum, etsi morosis quibusdam fortasse non ad gustum, insuper attexere non grauabor, quo & hæc minutissima me non latuisse intelliget: Ast ni boni consulat, susque deque habere constitutum est, arrodat quauis dentibus liuidulis illidat que genuinum æmulator.

---

*CARDINALES CREATI AB VRBANO II.*

IOANNES aliàs Marsicanus, Episcopus Cardinalis Thusculanus, cuius Epistolam habes apud Yvonem Carnotensem. Claruit anno 1100.

---

*A PACHALE II.*

PETRVS ROMANVS Episcopus Cardinalis Portuensis, cuius extat Epistola apud Malmesburiensem.

PETRVS Petri Leonis filius, Cardinalis Romanus, qui postea Anaæletus 2. Antipapa, plures scripsit Epistolas, quas ex Cassinensi codice annalibus suis Baronius inseruit. Obiit anno 1138.

---

*A CALIXTO II.*

ÆGIDIVS alias Gilo, Episcopus Cardinalis Thusculanus, Apostolicæ Sedis in Syria Legatus, scripsit Epistolas luculentas ad Antiochenos, vt notat Ciaconus. Claruit anno 1127.

---

*AB INNOCENTIO II.*

OTHO Cardinalis S. Georgii in Velabro, Epistolam scripsit ad S. Thomam Cantuariensem, quam habes apud Baronium. Claruit anno 1160.

&c